



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VI. Quintum æternitatis tartareæ tormentum, ignis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Indi. cap. 7. Ergo. In omnibus operibus tuis memorare novissimam,
v. 40. & in æternum non peccabis. Tua, inquam, novissima me-
morare, non aliorum, neque raptim aut perfunctorie
id facito. Nam hic error plurimorum est, quibus ista
valde ad se non perversura cogitantur: Tua igitur no-
vissima memorare, & Avernales fœrores inter memo-
randa respice. Quid ei proderunt delitæ, quem infero-
rum sepelient flammæ. Ah, sapiamus, dum licet; ne
dulce momentum amarissima comitetur Æternitas.

Quintum Aeternitatis Tartareæ tormentum,
IGNIS.

Corr. lib 6.
t. 12.
Ignis sup-
pliciorum
ultimum.

Romanus scriptor, ubi suum diversis suppliciiis dis-
crimen affignasset, demum pronuntiat: Ignis sup-
pliciorum ultimum. Humana crudelitas, in pœnas in-
geniosa, exquisitissima invenit supplicia, nullum tamen
acutius, nullum vehementius est igne. Romanus Cæsar
Valerianus qui Decii crudelitatem perpetuavit, si flam-
mis atrocius tormentum excogitare potuisset, eo utique
Laurentium affecisset. Tyrannis præca vix acerbiores
cruciatu ullos reperit, quam vivum flammis tradere,
lenè exurere, afflare. Ignis, suppliciorum ultimum, gra-
vissimum.

Quod si fieri posset hominem læsæ Majestatis, alio-
runque scelerum plurimorum reum millies ita comburi,
ut hoc supplicium semper æquaret horam, rectè diceretur,
Ignis suppliciorum ultimum. Cruciatu sanè acer-
bissimus est, comburi vivum. Sed ò mitem gehennam, ò
temperatas flammæ, vel millies vivum comburi! Fera-
lis hæc sententia (mille horis tolerare flammæ) captivis
inferorum longè clementior videretur, quam si reo jam
jam plectendo vitæ fiat gratia.

Atque hoc Quintum Aeternitatis luctuosissima sup-
plicium, Ignis aeternus, de quo quantum in re tam seria
humani oris paupertas permiserit, verba facere conabi-
mur.

§. I.
Mots fait poëse poësi subinde intercalâribus uti
versibus. Ita crebrius repetito versu princeps
poëtarum canit:

Incipe Menalios mecum mea tibia versus.
Quo saepius ingeminato, demum subjungit :
Desine Menalios, jam desine tibia versus.

Nec poësis sacra hunc morem antiquavit. Hinc ille
sacrorum carminum intercalaris cantus: Regem ventu-
rum Dominum, venite adoremus. Idque sæpius repe-
titur: Venite adoremus Regem venturum Dominum,
Venite adoremus. Pari modo sæpius interposito versu
ad inferias cantatur: Regem cui omnia vivunt, venite
adoremus. Hunc ipsum morem in divinisissimis concio-
nibus suis observavit Servator Orbis. Sic, Marco teste,
petorans ad populum: Bonum est tibi, aiebat, debilem introi-
re ad vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in
ignem inextingibilem. Vbi vermis eorum non moritur, & ignis
non exstinguitur. Non piguit hæc eadem uno loco ter di-
cere. Nam paullo post preptens idipsum: Bonum est tibi,
ait, claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes ha-
bentem mitti in gehennam ignis inextingibilis, Vbi vermis co-
rum non moritur, & ignis non exstinguitur. In eadem omni-
no concione dictum hoc intercalare tertium ingemi-
tum: Bonum est tibi, ait, luscum introire in regnum Dei, quam

Hoc tantum Christus, hunc intercalarem versum
 praenunti rex nosse. Perinde si dixisset: Me vocat
 praenunt sequimini, et accitine: *Vbi verum eorum non mori-* Ibid v. 46.
 tur, & ignis non exstinguitur. Eqquem non terreat oris di- 48.
 vini tam tremenda comminatio: Profecto quisquis hoc
 illarabile carmen, quisquis tristissimum hunc lessum tæpi-
 pius & attentè cantaverit, in Orbe meliori *Alleluia latif-*
 simum semper cantabit. Satis hoc, & abundantissimè satis
 est restitum, et alium alibi divina oracula silerent.

Seditionis, et alium alibi divina oracula silerent.

Sed ignis infernalis, & noster, nimirum quantum differunt, & primo quidem *Vrendi sensu*. Noster ignis Augustino pictus videtur, sed ille alter, verus. Discrimen ignis infernalis & nostri, imò vix ulla similitudo veræ ac pictæ flammæ. Hic quæso tacitis progressibus in rem præsentem veniamus.

Quanti & quam acres dolores, per unam duntaxat horulam, unum tantummodo & vel extremum digitum gracilis cereigniculo admodum uri? Quando majores, sic uri manum integram? Sed quando vel maximi majores erunt dolores sic uri totum brachium? Quam verò infandus erit cruciatus, sic uri totum corpus? Licet ignis, qui urit, pictus videri possit. In Japone hoc ævo lentis ignibus diriffimè torquentur Christiani. Inter hos Ca-
rolus Spinola fuit, cujus superiori capite facta mentio. *Combustus sum Anno 1622. die 10. Septem. tabbato. Ita Hermannus Hugo in vi. d. Caroli Spinola cap. 18. pagina 175.*
Hic cum aliis viginti tribus tam immane supplicium hoc modo subiret. Ignis fruebatur eminens, viginti quinque palmorum spatio à columnis Martyrum remotus, ut tanto acerbius ac fevior esset cruciatus, quanto proximior, atque ita prius lentè assarentur quam arderent. Quin si quæ parte luculentior erumpebat flamma, protinus coëscerebatur. Vincula verò non ferrea erant, sed vimineæ, quibus Christiani, laxè, obiter, ac ferè in sepiem ad palmum ligabantur, crudelissimo altu damonis, qui cò spectabat, ut Christi athleta doloris acerbitate compulsi & vinculis facillimè ruptis expedire se argue flammis eripere nullo negotio possent. Hoc autem indicio conventum erat, ut Christum ejussè censebatur, quisquis se incendendo eripuisset. Interim igitur dum languido flammarum ardore, ignis in viscera penetraret, corpore immoto stabat Carolus, oculis in cælum fixis, ubi post pauculas horas desideratissimis Christi amplectibus destineret, cui corporis sui victimam in holocaustum destinabat. Duravit acerrimus ille cruciatus ignium ad duarum vel trium horarum spatium. P. Sebaltianus Chimura, patriâ Japon (qui certis tabulis testatum) manibus ante pectus in crucem decussatis, oculisque in cælum sublati, tres horas vivus iterit in ardente rogo.

Torquentur horribile proflus, nec verbis effabile,
domine igne eminus ac lente admoto tribus horis tor-
reri vivum. Quodam igitur tormentum, ô Deus, quam
insandum, quam incomprehensum, non duas trefve ho-
ras, non unum alterumque diem, non annum annos-
ve mille, fed æternitate totâ (que tamen nunquam to-
terit) & corpus & animum uti, nec unquam comburi
Hæc vox & verba deficiunt. Nemo, non dicam satis
optat, sed nec satis cogitatione complecti potest infini-
um illam doloris acerbiteriam. Divinam iram perhor-
rescens David: *Devorabit eos ignis, inquit, Dominus in ira* ^{psal. 20.}
conturbabit eos. Sicut in ultima ferrum candens ita
nem imbibit, ut merus sit ignis, & ferrum tamen ma-
cat, sic inferorum flamma, ipsis damnatorum ossibus,
ossium medullis implicabitur.

§. II.

Altera tartarei & nostri ignis differētia, *splendor est*
& lumen. Ardet noster, & lucet; at tartareus, pro-
ut iustitia divina sanxit, ardet, sed non lucet, nisi in gra-
vius tormentum, ut qui dum viverent societatem coe-
rentem inquiriis, facios se se amplexos in tormentis in-
veniant.

De damnatorum rogo Caput VI.

161

omnis virguli cremare; misericordia autem Dei aver-
rente se ab illis propter iustitiam. Et tunc lamento ge-
nus hominum, quod audeat loqui, vel cuiher atten-
dere, tantis in Mundo repositis malis. Et in his teneo
mentem meam, luctum medians, quod ait Dominus,
indignum me celo & terra iudicans reputansque quod
scriptum est: Facta sunt mihi lacryma mea panes die ac
nocte.

Hunc apud se calculum complures posuerunt: En,
ajebat quisque sibi, prenas immortales jam pridem me-
rituses, neque id semel duntaxat. An vero Deus tuam
omnem culpam aboleverit, chiographo testari non po-
tes: abolitam speras, aut certe abolendam, & recte fa-
cis. Sed vide, cautus esto, & sollicitus ambula cum Deo
tuo, hoc enim Dominus requirit a te. Et hoc est maturè
sibi sapere.

§. V.

Ed quam multi alia omnia faciunt! Nummos tam
anxie corradunt, perinde si eos illaturi sint celo.
Honoris & existimationis fumum, utrem sacrosanctam
summo studio tuerunt; mori mallent quam despici.
Nonnunquam tamen hi ipsi aliorum famam variis ob-
trectationibus lacerant, & tanto acerbius de aliis, quan-
to de seipsis benignius loqui solent. Multorum ea una
cura est, curare cuticulam, & genium non facile fraudare
illa, quam appetierit, voluptate.

Ita ad aternitatem tendimus futurorum improvidi,
immemores prateritorum, in presentia pronissimi. Sic
plerique mortaliū vivunt: aliis cum arcā, aliis cum
ventre negotium est; nemo non ferius sibi videtur, cum
maximè nugas agit. Vitia tam ubique obvia secundis
progressibus, ut celum & inferi vix inter seria habeantur.

Vesani mortales! Discamus obsecro nostros impetus
obecto igne hoc aeterno restringere. Furiosissimis igni-
bus non malè conferuntur Ira & Libido affectus im-
potentissimi; nec ulla ferè vitia tam concitato impetu,
quā data portā ruunt. Libido velut infrenis equus, aut
mannulus indomitus rationem omnem excutit. De hoc
monstro eleganter Gregorius Nazianzenus poetices
non ignarus:

Qua ruit in vetitum damni secura libido.

Iracundiam Paulus Orosius egregie depingens: Fu-
ror, inquit, consilii expers, dolorem & vindictam putat esse vir-
tutem; quantumque meditatur ira tantum promittit audacia.
Iram, tyrannicum affectum rectè nominat Chrysostomus.
Etenim nihil æquè tranquillitatem animi turbat,
atque ira impatiens freni. Hos ignes aeternis, ignibus
domemus.

Medicorum scitum est: Ignis igni remedio est. Nam
cum digitus aut manus ustulatur, remedium vicinissi-
mum est ustulatum membrum aut ardenti cereo, aut
gliscenti foco, aut vivis carbonibus admove. Sic ignis
ignem sui similitudine attrahit. Eandem ob causam in-
cendia tormentis aeneis percutunt, ut lentiorē flam-
mam violentior domet. Heu quoties cor nostrum cupi-
dinibus malignis ardet? Ergo in hoc incendium bis ter-
ve emittatur illud ingens tormentum bellicum (ite male-
dicti in ignem aeternum) Quid agis miser, perire vis? faci-
lino istud impendio fiet: horula unā, imò vel unicā par-
te horula, imò momento vel unico per iram aut libidi-
nem patras, quod aeternum doleas. Atque sic ignem iræ
superet ignis gehennæ, flammæ libidinis expugnet flam-
ma Stygis. Et sunt quæ horum subinde moneant.

§. VI.

Vi originem familiæ Carthusianæ consideravit,
neminem ex ea facile unquam aspiciet sine gemitu.
Historiam notam in compendium confert.

Vir litteratus Parisiis, morte obitū, cum inferiæ can-
cerent in templo, è feretro assurgens, voce horribili ex-
clamavit: Iusto Dei iudicio accusatus sum. Dilatum ergo fu-
tom. I.

A nus in posterum dieq. Iterum eadem cantantur, cum
defunctus iterum vociferatur è tumbā: Iusto Dei iudicio
judicatus sum. Necdum, quid eo factum, liquebat. Dies
ergo tertius expectandus. Eadem sunt quæ diebus prio-
ribus. Et mortuus tertium è sandapillā proclamavit: Iusto
Dei iudicio condemnatus sum. O verè ter miserum qui aeternum
erit! Et quod nemo non contremiscat: Vir iste
omnium calculo vir sanctus & vitæ integer habebatur,
adeo fallunt humana iudicia. Urbs Parisiorum universa
rei gesta testis. Hoc Brunonem cum sociis exegit urbe,
hoc in avia nemora rupesque desertissimas expulit, ubi
celum potius habitare discerent quam terram. Hæc
Carthusianæ familiæ origo.

Hic seriò cogitandum: Itane homines eruditi, & hu-
mano sensu sancti acculantur, judicantur, damnantur?
Quid me fiet misero? Ergo animum quantis possum
industriis curabo. Alii se suamque cuticulam curent
eternitatis oblii; vigeant, floreat, cras forsan cinis
& favilla. Hos ego mores nil moror, hanc ego viam
non ingredior, nam & alium viæ terminum quero. Si
ego Carthusianos, asperrimos montes habitare non
possum, illas saltem latebras, ubi estur, ubi potatur &
luditur, declinabo, si non carniū esum, saltem carnis
petulantias ejurabo; si non eternum filere queam, ab ob-
trectationibus saltem & lascivis colloquiis abstinebo; si
non dies noctesque, religioso ritu, in templo sim, hoc
certè agam ut nulla mihi labatur hora, quā Dei non me-
minerim. Et quæcunque in posterum mihi fuerint per-
ferenda, non tantum exigua, sed nulla esse dicam ad
eternitatis ignes collata. Quo quidem sensu Augusti-
num verissimè locutum veneror: *Quo quisque, ajebat il-
le, gravia valde patitur in hac vitā, in comparatione aeterni
ignis, non tantum parva, sed nulla sunt.*

Sic est omnino omnes dolores nostri ludicrum quid Dolores
& leves moriuncule sunt ad eternitatis supplicia. Mi-
nimum apud inferos tormentum majus est quam fir-
dum maximum in Orbe hoc nostro. Morborum cruciatus eternitatis
tolerabiles faciunt intervalla, quæ in Orco nulla. Do-
lorem sentire tunc nos desinimus, si nimium sentimus.
Nemo potest valde dolere, & diu, nisi apud inferos. Sic
enim mitis natura disposuit, ut dolorem faceret, aut bre-
vem, aut toleratu non adeo difficilem. In gehennā &
intolerabilis est dolor, & longissimus, quia aeternus.

CAPUT VII.

Sextum Eternitatis Tartaræ tormentum VERMIS CONSCIENTIÆ.

Gemma priscorum Patrum & Antistitum sidus Au-
gustinus experientia convenientissimè dixit: Inter
omnes tribulationes humane anime nulla est major tribulatio,
quàm conscientia delictorum.

Grande supplicium est patri, si filii supplicio capitali
debeat interesse spectator; sed multò majus est, si ipse
pater cogatur esse carnifex; longè maximum, si patribus
supplicia, cui filius suffixus, ante edes statuat, quod die aspi-
ciendum. At hæc omnia, & ludicra, nulla sunt, ad illud
supplicii genus, cum suus ipse carnifex est reus, cum se-
ipsum dentibus commordet, dilaniat, laceratque mori-
bus conscientia perpetuis.

Et hoc Eternitatis luctuosissimæ sextum est suppli-
cium, quod Christus concione unicā, imò unicæ con-
cionis epilogo ter itidem repetit: *Vbi vermis eorum non
moritur.* Mox idem ingeminat: *Vbi vermis eorum non mo-
ritur.* Sed & tertium hoc inculcans: *Vbi vermis eorum, aut
non moritur.* Nec aliter Isaias, qui & ipse conciones suas
non alio clausit epilogo quàm eodem isto: *Vermis eorum
non moritur.* Ingens, inexplicabile hoc supplicium sit ne-
cesse est, de quo nos plura.

Q 3

§. I. Quanti.